

## Decimus septimus

Oculi autem in arborū furculis proprie uocantur unde genminant. Hac de causa & in plātariis aliquādo eodem anno ferunt quos fuere laturo fructus in arbore: cum tempestiue sati prāgnātes i choatos cōceptus aliubi patiunt. Ita satas ficos tertio anno transferre facile. Hoc pro scenscendi celeritate attributum huic arbore ut citissime proueniat. Vitium numerosior satus. primum oīum nihil feritur ex iis nisi in utile & deputatum in sarmento. Opputtatur autem quicquid proximo tulit fructū. Solebat capitulatus utrinq; e duro furculus ferri: eoq; argumēto malleolus etiam uocatur nūc. postea auelli cum sua calce ceptus est: ut in fico. neq; aliud est uiuacius. Tertium genus adiectū etiānum expeditius sine calce: quod sagittæ uocantur: cū intorti panguntur id enim cum decisi nec intorti trigēmes. plures autem ex eodem furculo hoc modo fiunt. Serere e pampinariis sagittas sterile est: nō nisi scēdas oportet. Quæ raras habent nodos infœcundæ iudicantur. At densitas gemmarum fertilitatis indicium est. Quidam feri uetant nisi eos: qui floruerint furculos. Sagittas serere minus utile: quoniā in transferendo facile rūpitur quod intortum fuit. Seruntur pedali non breuiores lōgitudine quinq; sex ue nodorū. pauciores tribus gemmis in hac mensura esse non poterunt. In feri eodem die quo putantur utililissimū. Si multo postea necesse sit serere custoditos uti precipimus oportet cauere utiq; ne extra terrā positi sole inarescant: uentoue aut frigore hebentur: qui diutius in sicco fuerint priusq; serant i aqua pluribus diebus reuiuiscant. Solum apricum & q̄ amplissimum in seminario siue in uinea bidente pastinari debet ternos pedes bipaleo alte in area reiici quaternorum pedum fermento: ita ut in pedes binos fossa pcedat. Fossatum purgari & extenti ne crudum relinquatur. Verē & exigī mēsurā. Male pastinatum deprehēdunt scāna inæqualia. Metienda est & ea pars quæ interiacet puluini. Surculi feruntur & i scrobe & i sulco longiore: super quos tenerima ingeritur terra. Sed in gracili solo frustra: nisi substrato pinguiore. Nec minus q̄ duos integri oportet: & proximā: attingi terram & eodem paxilo deprimi & spissari: interesse in plantatio sesquipedes inter bina semina in latitudinem: in longitudinem semisses. Ita satos malleolos. xxiiii. mense recidere ad imum articulum: nisi ipsi parcantur. Oculorū inde materia emicat cū aquā xxxvi. mense uinradix transferetur. Est & luxuriosa ratio uites ferendi: ut quattuor malleoli uehementi uinculo colligētur in pte luxuriosa: atq; ita uel per ossa bubuli cruris uel p colla fictilia traiecti obruāt binis eminentibus gēmis. Humescunt hoc modo: recisq; palmitem emittūt. Postea fistula fracta radix libere capit uires: uiamq; fert: & oīum corporum suorum acinos. In alio genere inuentu nouitio finditur malleolus: medullaq; erasa in se colligantur ipsi caules: ita ut gemmis parcantur omnimodo. Tū malleolo in terram fixo mixta feritur: & cū spargere cœperit caules decidit: foditurq; sapius. Talis uix acinos nihil intus ligni habituros Collumella promittit: cum uiuere semina ipsa per quā mirum sit: & medulla adempta nasci. Circulis etiā quibusnam sit articulatio arboris non omittendum uidetur. Namq; buxi tenuissimis quinīs senisue colligatis depacti proueniunt. Quondam in obseruatione erat ut defrugeretur ex imputata buxo: aliter uiuere non credit. Detraxere hæc experimenta seminarii curaq; Sequitur uinearum ratio. Quinq; generum hæc: Sparsis per tertam palmitibus aut per se uite subrecta: uel cum amminiculo siue iugo. Aut pedatæ simplici iugo. Aut cōpluuiatæ quadruplici. Quæ pepatæ ratio erit eadem intelligitur eius quoq; in aqua sine amminiculo uitis per se stabit. id. n. non sit nisi pedamenti inopia. Simplici iugo costat porrecto ordine quē canterium appellant. Melliorq; ea uino: quando sibi ipsa non obumbrat: a ssiduoq; sole coquitur: & affratum magis sentit & celerius rorem dimittit. pāpinationi quoq; & occationi oīq; operi facilius. Super cætera deflorescit utilius. iugum sit pertica aut harūidine aut crine funiculoue: ut i hispania: brūdusioq;. Compluuiata copiosior uino est: dicta a cauis adiuam cōpluuiis. Diuiditur in quaternas partes totidem iugis. Huius serēdi ratio dicetur: eadē ualitura in omni genere: in hoc uero numerosior tantū. his uero tribus feritur modis. Optime in pastinato: proxime in sulco: nouissime in scrobe. De pastinatione dictum est.

De sulco & uinearum putatione.

Cap. xxii.

**S**ulco latitudo pale est. Scrobibus ternorū pedū in quācunq; parte. Altitudo i quocūq; genere tripedalis: iō nec uitis minor trāfferri debet. Extatura etiānum duabus gēmis. Emoliri terrā minutis i scrobe ima sulcis fimoq; misceri necessariū. Cliuosa altiores poscūt scrobes præterea puluinatis a deuexitate labris. Quæ ex iis longiores fient: ut uites binnas accipiāt E diuerso aliæ locabunt. Esse uitis radicē in media scrobe oportet. Sed ipsam innixā solido in orientē æquinoctialē spectare. Adminicula priā e calamo accipere. Vineas limitari decumano. xviii. pedū latitudinis ad cōtrarios uehicularū transitus: aliisq; cōuersis limitibus: Denū pedū distingui p media iugera. Aut si maior modus sit: totidem pedū cardine quot decumāo limitari. Semp uero quitanis semitari hoc ē i quinto quoq; palo singulæ iugo pagine icludāt. Solo spisso nō nisi repastinato: nec nisi ui radicē ferri. Tenero & soluto uel malleolū sulco uel scrobe. in colles sulcos agere transuersos melius q̄ pastinare ut defluuia palis eoq; cōtineant. Aquoso cælo uel sicco solo malleolos serere autūno: nisi si tractus ratio mutauerit. Siccus enī & calidus autūno poscit ferri humidus frigidusq; etiā ueris exitu. In arido solo uiuira dix quoq; frustra ferit. Male & in siccis malleolus: nisi post hymbre. Aut in riguis

r iiii

Oculati-  
oni